Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 57 [heute: Oxford, Bodleian Library, MS Lyell 89]

, 119.

Auch hier eigent. Bemerk. Reigrommentum (vor Cod. 53).

Cod. LVII. deux

membran. Fol. min. sec. 15. 1. 4.21.

Arzachelis Canones in Tabulas Toletanas.

Arzachelis, seu ut cod. noster scribit, Azarchelis Canones in Tabulas Toletanas. Titulus est: "Incipiunt Canones sive regule super tabulas astronomie". Initium hoc: "Quoniam cujusque ac comunis quantitatem temporis metitur spacium". Canones, figuris mathematicis, ac notis marginalibus instructi, folia occupant 21. ubi in calce additur: "Expliciunt Canones Azarchelis super tabulas astronomie constitutas ad meridiem civitatis toleti". Reliqua folia implent tabulæ. Harum quoque tabularum Authorem esse Azarchelem, ait Georg. Joach. Rhæticus præfat. ad Ephemerides suas, cui suffragatur cod. Ms. Universitatis Cantabrig. qui titulum præsefert: Canones de motibus coelestium corporum, vel Canones Tabularum Arzachelis, qui dicuntur Tabulæ Toletanæ.

Arzachelem arabice scripsisse, vix dubitari potest; sed quis opus in latinum traduxerit, ita non liquet. Fortassis Gerardus Cremonensis, nam Heilbroñer codicem Ms. Universit. Cantabrig. adducit cum titulo: Canones Arzachelis in Tabulas Toletanas a Magistro Gerardo Cremonensi ordinati.

Arzachel, dictus etiam Abraham Elzara Keel,

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 57 [heute: Oxford, Bodleian Library, MS Lyell 89]

, 120.

Hispanus Toletanus, floruit Seculi XI et XII. Ejus labores in Astronomia laudat Martinus Hortensius; et Aben Ezra, 71. anis Arzachele posterior, in libro, cui titulus: Initium Sapientiae scribit, neminem illo Seculo comparandum fuisse cum Arzachele in observandis coeli motibus. Vid. Anton. Bibl. Hisp. T. 2. p. 240. G. Vossium. T. 3. de Mathesi, c. 36. §. 13. Heilbronner, Hist. Mathes. p. 457. § 497. item pag. 628. 630. 642.

Cod. LVIII.

Membran. Fol. min. Sec. 15. 1. 7.22.

Diogenis Laertii Libri X. de vitis ch. Philosophorum.

Diogenis Laertii Libri X. de vitis, Dogmatibus et Apophthegmatibus clarorum Philosophorum, ab Ambrosio Florentino e graeco in latinum traducti. Codex noster eleganter quidem scriptus, sed prioribus octo foliis destitutus incipit a verbis: "Tum sex alios nominat, quorum ex numero tres eligit". Unde patet, deesse prooemium, et vita Thaletis maximam partem. Versionem quod attinet, eam contuli cum editione Diog. Laertii, Amstelod. apud H. Wetstenium 1692. 4. quo continet latinam Ambrosii versionem, sed completam et emendatam a Marco Meibomio. Conveniunt in plurimis etiam ad verba; Sepe vero inter se

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 57 [heute: Oxford, Bodleian Library, MS Lyell 89]

Österreichische Akademie der Wissenschaften, Institut für Mittelalterforschung, Abteilung Schrift- und Buchwesen: manuscripta.at - Mittelalterliche Handschriften in österreichischen Bibliotheken
Permalink: manuscripta.at/?ID=27402